Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

cum dignus vocari filius
tuus: fac me sicut unum
ex mercenarijs. Et cum adhuc
longe esset: vidit illum pater ipsius
et misericordia motus est et ac
currens cecidit super collum
eius et osculatus est eum.
Dixitque ei filius. Pater
peccaui in celum et coram te.
iam non sum dignus
vocari filius tuus. Di
xit autem pater ad seruos suos.
Cito proferte stolam
primam et induite illum et
date anulum in manu eius
et calciamenta in pedes.
Et adducite vitulum saginatum
et occidite: et manducemus et epulemur
quia hic filius meus mortuus
erat et reuixit perierat
et inuentus est. Et ce
perunt epulari. Erat autem
filius eius senior in agro
et cum veniret et appropinquaret
domui: audiuit symphoniam et chorum et voca
uit unum de seruis et interrogauit que hec essent.
Ipse autem dixit illi. Frater tuus
venit: et occidit pater tuus
vitulum saginatum quia sal
uum illum recepit. Indignatus
est autem et noluit introire. Pater ergo illius egressus
cepit rogare illum. At
ille respondens: dixit patri suo.
Ecce tot annis seruio tibi
et nunquam mandatum tuum
preterii et nunquam dedisti mi
hedum ut cum amicis
meis epularer. sed postquam
filius tuus hic qui deuora
uit substantiam suam cum meretri
cibus venit: occidisti illi
vitulum saginatum. At ipse
dixit illi. Fili tu semper
mecum es et omnia mea
tua sunt. Epulari autem et
gaudere oportebat. quia
frater tuus hic mortuus
erat et reuixit: perierat